



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

16. De Dedicacione Ecclesiæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

15. *Cur quivis dies Dominicus singulariter honorandus, & unde Missarum Dominicalium distributio à festo SS. Trinitatis usque ad Adventum.*

Specialiter reflectendum est, quanti Majores nostri quemlibet diem Dominicum fecerint. Eum appellavere Apostoli *diem Domini*. S. Ignatius Martyr *Reginam & spem dierum*. Chrylost. *diem panis & lucis*. Antiquiores Sylvestro Papâ *primam Feriam*. Conc. Carthaginense *diem remissionis*. Alcuinus *diem sanctum*. Quia eodie mundus cum cælo, Angelis & elementis creatus est, Manna primò pluit, Christus natus, circumcissus & baptizatus est, resurrexit à mortuis, & Spiritus S. descendit super Apostolos.

Quoad orationes, Evangelia in Missis per Dominicas distributa à festo SS. Trinitatis usque ad adventum nil singulariter notandum, nisi quòd distributio ista facta sit à SS. PP. Hieronymo & Gregorio. Quos ut plurimum secutus est Pius V. ut patet ex *Lectionario Hier. Antiphonario & Sacramentario Greg.* quòd Dominicâ nonâ post Pentecosten legatur Evangelium de Jerosolymæ destructione. Ratio teste Honorio est, quòd mense, quo id legi solet, ipsa destructio à Romanis facta sit.

16. *De Dedicacione Ecclesie.*

DE festo Dedicacionis Ecclesie Constantinus Imp. meminit. V. Euseb. l. 4. Athanasius Apol.

Apol. 2. Augustinus sermonem habuit 252. de temp. extant desuper varii Canones, & affertur exemplum Christi concurrentis ad encœnia, id est, dedicationem templi Jerosolomytani Joan. 10. dedicantur autem Ecclesiæ, ut ad eas invitetur Chorus Angelorum, & homines in eas intrantes etiam vel à minima profana cogitatione se contineant. Locus enim, in quo stant, terra sancta est. Ità Alcuinus. Juxta D. Thom. consecratur Ecclesia, quia sancta est Sponsa Christi congregatio fidelium Ecclesiam representans. Porro *Ecclesia* vox græca est, & *Concionem* significat Act. 19. seu *Convocationem*. Dicta etiam est *Ecclesia templum* quasi *tectum amplum*. *Dominicum* vel *domus Dei*. *Cœnaculum* à *Cœna Domini*. *Domus orationis*. *Basilica Regis Regum*, *Martyrium*, *Confessio* & *Oratorium*. Antiquitus etiam annua dedicatio cujusvis Altaris celebrabatur teste S. Aug. nam cuilibet consecrato Altari putatur assistere Angelus. Consecratur autem Altare teste D. Thom. ad indicandam sanctitatem Christi.

17. *De Festis & Missis Sanctorum per annum.*

TRia ratione Festorum observanda, *Vigilia*, *Octava*, *Festa*. *Vigilia* cœperunt à Pastoribus nocte Nativitatis Christi, & indictæ sunt ab Ecclesia, ut festum ipsum fiat solemnius, & per pridianam abstinentionem purificati id celebremus dignius. Ob scandala autem de nocte contingentia, jejuniis & vigiliarum nomine re-tento, *vigiliae fuerunt interdixæ*. *Festa Sanctorum*